F. K. 23,23.

Ya 1528

J. N. J. C. C.

BREVIARIVM

DECIMVM SEPTIMVM

RATIONVM

VIRIS

SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO, PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ATQVE CONSVLTISSIMIS,

SCHOLAE CHEMNICENSIS

INSPECTORIBVS GRAVISSIMIS

DE

ALIQVIBVS PRIVATAE DILIGENTIAE SPECIMINIBVS

DIE XIX. MARTII A. MDCCXXXIII.

REDDITARVM

a

M. Daniele Müllero,

Rect. Schol. Chemn.

CHEMNICII, Literis Stöſſelianis.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

DFG

* * * * * * *

ANte duos hos circiter annos, ſcripto Breuiario Rationum ſexto & decimo, *Inſpectoribus ac Patronis Scholae noſtrae maxime Venerandis* de aliquibus priuatae diligentiae ſpeciminibus, rationem reddidi: nunc ab inſtituto illo, quo non paucos ad maiorem excitari diligentiam deprehendi, non recedendum ratus in tela, quam exorſus ſum texenda, ἄνευ προοιμίω pergo. Nimirum

d. 10. MARTII anni CIↃ IↃ CC XXXI. diſputatum fuit, utrum e ueſtitu de hominis animo poſſit ferri iudicium, Reſpondente *Iohanne Gottlieb Niednero*, Neuſaltz. Luſat. & Oppon. *Samuele Dürrio*, Mülau. Variſco.

d. 13. *Iohannes Wilhelmus Drechslerus*, Bockau. Miſn. de perpeſſionibus JEſu Chriſti grauiſſimis carmen uernaculum recitauit.

d. 16. Filiolae Dn. Ioh. Chriſtiani Hermanni, Junioris, mercatoris apud nos celebris, parentauit *Gottlob Gotthelff Schneiderus*, Mittweydenſis Miſnicus.

d. 17. diſputatum fuit, num Rex in caede habeat ius, ceu uocatur, aggratiandi, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 21. de ritibus ueterum Romanorum lugentium latina oratione egit, ſimulque ſuum & condiſcipulorum, ſacra coena uſurorum, luctum e peccatis & morte Chriſti ortum teſtatus atque ueniam precatus eſt *I. G. Niednerus*.

d. 24. carmina germanica de doloribus & morte JEſu Chriſti recitarunt *Ioh. Chriſtianus Harbachius*, Hohenſtein. Schoenburg. *Gotthelff Balthaſar Hüblerus*, Chemnicenſis, & *G. G. Schneiderus*: de uictoria & reſurrectione Chriſti *Ioh. G. Wagnerus*, Chemnic.

d. 31. diſputatum fuit, utrum miles Tezelio pecuniam eripiens, & ſic peccatum committens, quod, tanquam futurum, Tezelius ipſi remiſerat, recte fecerit, nec ne, Reſpond. *Daniele Traugott Müllero*, Chemnic. Oppon. *Gottofredo Bauero*, Pago-Zwœnic. Miſn.

d. 6. APRILIS de Fontinalibus Paganorum & Chriſtianorum oratione latina egit, & ſimul carmine german. ſcholae ualedixit *Carolus Otto Haendtſchky*, Starzedelenſis Luſatus.

d. 7. diſputatum fuit, utrum Julius Caeſar laudandus an uituperandus ſit, ſe magnum hominum in praeliis occidiſſe numerum, glorians, Reſpond. *Ioh. Friderico Zochero*, Halsbac. Miſn. Oppon. *Friderico Gottſchaldio*, Erneſtouall. Schœnb.

d. 10. *Andreas Sigismundus Greenius*, Chemnic. neminem eſſe ludibrio habendum, oratione latina probauit.

d. 17. Dn. M. Chriſtophoro Sachſio, Paſtori Eppendorffenſium longe meritiſſimo, d. 16. Martii pie demortuo parentauit *Gottlieb Ulbrichius*, Erdmanſdorff. Miſnic.

d. 21. diſputatum fuit, ſitne Oſtraciſmus probandus an improbandus, Reſpond. *Iohanne Gottlob Boehmio*, Deſdenſ. Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 27. D. M. Sachſio modo dicto parentarunt *Iohannes Gottlieb Dehnius*, Chemnic. & *G. G. Schneiderus*.

d. 28. diſputatum fuit, utrum Strategemata bellica ſint licita, nec ne, Reſpond. *Chriſtiano Friderico Oehmio*, Pago-Chemnic. Miſnic. & Oppon. *S. Dürrio*.

d. 8. MAII Amicos fideles magis neceſſarios eſſe infelicibus, quam felicibus amicis, orat. latina probauit *Iohannes Gotthelff Graeuius*, Eberſdorff. Miſnicus.

d. 11. Elegiam ſecundam Libri I. Triſtium, qua tempeſtatem in mari obortam periculumque ſuum deſcripſit Ouidius in uerſus germanicos redactam memoriter recitauit *Gottofredus Plaenckneru*s, Chemnicenſis.

d. 18. De beneficiis Spiritus S. carmine germanico egit *I. G. Niednerus*.

d. 19. diſputatum fuit utrum conſulendi ſint fatidici homines, Reſpond. *Ambroſio Lehmanno*, Dœbel. Miſn. Oppon. *F. Gottſchaldio*.

d. 26. diſputatum fuit, utrum miniſter eccleſiae iurandi formulas malorum pro ſuggeſtu allegans & repetens, recte faciat, nec ne, Reſp. *I. C. Harbachio*, Oppon. *F. Gottſchaldio*.

d. 5. JUNII praelegerunt epiſtolas germanicas a ſe, ſecundum certas praeſcriptasque connectendi particulas, elaboratas *I. C. Harbachius*, *Ionas Heinricus Hochmuth*, Neudorff. Miſnicus, & *I. G. Græuius*: *C. F. Oehmius* oratione latina Abelem cum Chriſto comparauit.

d. 9. diſputatum fuit, utrum iuuentuti literis operam danti luſus ſit concedendus, nec ne, Reſpond. *Erneſto Chriſtiano Sachſio*, Eppend. Miſn. & Oppon. *I. G. Boehmio*.

d. 12. Similes iis, quae ante octiduum praelectae ſunt, praelegerunt epiſtolas *F. Gottſchaldius*, *I. G. Niednerus*, *I. F. Zocherus*, *I. G. Boehmius*, *E. C. Sachſius*, *A. Lehmannus*, *I. C. Harbachius*.

d. 16. diſputatum fuit, utrum facinus malum ab ebrio commiſſum excuſationem mereatur, nec ne, Reſpond. *I. Hochmuthio*, Oppon. *I. C. Harbachio*.

d. 19.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

d.19. Dn. Chriſtiano Beyero, Rectori ſcholae Franckenbergenſis, ſuo quondam Praeceptori, parentauit *Gottlieb Daniel Naumannus*, Franckenberg. Miſnicus.

d.23. diſputatum fuit, utrum Rahab recipiens exploratores Iſraëlitarum recte fecerit, nec ne, Reſpond. *I. G. Graeuio*, Oppon. *I. G. Boehmio*.

d.26. *I. G. Græuius* Elegiam I. Ouidii e libro I. Triſtum in uerſus germanicos a ſe redactam & memoriae mandatam recitauit.

d.30. diſputatum fuit, utrum Pinehas uirum Iſraëliticum & Moabitidem fœminam in angulo quodam ſcortantes transfigens recte fecerit, nec ne, Reſp. *G. D. Naumanno*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 3. IULII orationem latinam de magna dextrae diuinae potentia habuit *Iohannes Gottlieb Opitius*, Burgſtadienſ. Miſnicus.

d.7. diſputatum fuit, utrum pecunia inter concionandum colligenda ſit, nec ne, Reſp. *I. G. Niednero*, Oppon. *S. Dürrio*.

d.10. *Samuel Richterus*, Chemnicenſis, orationem latinam de Laceratione ueſtium apud ueteres Hebraeos uſitata habuit.

d.14. diſputatum fuit, num uenator die Sabbati ſiluas pererrare ſalua conſcientia poſſit, Reſpond. *Gottlob Carolo Barthio*, Zſchopau. Miſn. Oppon *D. T. Müllero*.

d.17. *I. W. Drechslerus* oratione latina probauit, periurium grauius eſſe peccatum mendacio.

d.21. diſputatum fuit, liceatne die poenitentiali, finitis ſacris matutinis, edere, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d.24. Albertum Durerum, doctum quondam apud Noribergenſes pictorem, laudauit oratione latina *Ioh. Auguſtus Heinricus Colerus*, Glauch. Schœnburgicus.

d.18. *D. T. Müllerus* non tam ueſtes eſſe ſcindendas, quam corda, oratione latina probauit, coetuque ad ſacram cœnam acceſſuro, ſuo & condiſcipulorum nomine culpam deprecatus eſt.

d.31. Verbis hominis, cui uenia peccatorum a Deo clementiſſime data eſt, carmen germanicum recitauit *G. G. Schneiderus*.

d.4. AVGVSTI diſputatum fuit, utrum licitum ſit libros ſine nomine Auctoris edere, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 7. in laudem Studioſi Theologiae pie demortui Inſcriptionem germanicam recitauit, *E. C. Sachſius*.

d. 11. diſputatum fuit, num licitum ſit, furem nocturnum interficere, Reſpond. *D. T. Müllero*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d.14. Otium eſſe uitandum, oratione latina monſtrauit *G. G. Schneiderus*.

d.18. diſputatum fuit, utrum fœminae admittendae ſint ad imperium, nec ne, Reſpond. *I. F. Zochero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d.25. diſputatum fuit, utrum malefici cultro Anatomico ſint ſubiiciendi, nec ne, Reſp. *I. G. Boehmio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d.28. diſcipulis ſcholarum diligentiam in ſtudiis maxime neceſſariam eſſe, oratione latina monſtrauit *G. B. Hüblerus*.

d. 1. SEPTEMBRIS diſputatum fuit, utrum diſcipulis, ut in nuptiis interſint choreis, concedendum ſit, nec ne, Reſpond. *E. C. Sachſio*, Oppon. *I. G. Boehmio*.

d.4. de miſerabili deflagratione Annaebergae (facta d. 28. Auguſti) carmina germanica recitarunt *I. G. Niednerus*, *D. T. Müllerus*, *I. F. Zocherus*, & *I. G. Bœhmius*.

d.8. diſputatum fuit, utrum liceat Miniſtris Eccleſiae, proprias poſſidere domos & agros, Reſpond. *C. F. Oehmio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d.14. Filiolo tenello D. M. Schonheimii, Paſtoris Beuthenſis, parentauit *I. C. Harbachius*.

d.15. diſputatum fuit, utrum corpus furis ſuſpenſi relinquendum ſit in patibulo, nec ne, Reſpond. *A. Lehmanno*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 18. de perfidia ueterum Pœnorum & Gallorum noſtrae aetatis oratione graeca egit *S. Richterus*.

d. 22. diſputatum fuit, utrum Chriſtianis liceat bellum gerere, nec ne, Reſpond. *I. C. Harbachio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 25. condiſcipulis oratione latina ſuaſit parſimoniam *Heinricus Gottlob Schmidius*, Lichten. Miſn.

d.29. diſputatum fuit, utrum Daedalus filio Icaro alas cereas conficiens (ſi modo fecit) recte fecerit nec ne, Reſpond. *I. H. Hochmuthio*, Oppon. *I. G. Bœhmio*.

d.2. OCTOBRIS ciui cuidam e uiuis erepto parentauit *G. G. Schneiderus*.

d.6. diſputatum fuit, num Miniſtri Eccleſiae ſeniores maiore cum fructu, quam iuniores, uerbum Dei praedicare poſſint, Reſpond. *I. G. Græuio*, Oppon. *I. G. Bœhmio*.

d. 9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

d. 9. agricolae cuidam beate mortuo parentauit *G. Ulbrichius*.

d. 16. Matronae honeſtiſſimae, annos duos & octoginta natae, Roſinae Hübleriae, felici prolis numeroſae honorataeque matri, auiae, abauiae, d. XI. Octobr. honorifice tumulatae parentarunt *Ioh. Chriſtophorus Neuberus*, Niederlungw. Schœnb. *I. W. Drechslerus*, *G. Ulbrichius*.

d. 19. parentauit filiae deſideratiſſimae Dn. Auguſti Grundigii, mercatoris conſpicui *I. A. G. Colerus*.

d. 20. diſputatum fuit, utrum Mardochaeus recte fecerit, nec ne, coram Hamane ſupplicem ſe non proiiciens, Reſpond. *G. D. Naumanno*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 23. cauſas, cur etiam in conuiuiis laetitia ſit temperanda, oratione latina expoſuit *I. G. Boehmius*; & *Daniel Thomaſius* Floeh. Miſnic. oratione itidem latina diſſuaſit Germanis literarum Studioſis, ne ſtudiorum gratia in alias regiones exeant.

d. 27. diſputatum fuit, utrum Patrum Polygamia probanda ſit, an improbanda, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 30. *I. G. Græuius* orationem Ciceronis pro Archia poëta memoriae traditam recitauit.

d. 3. NOVEMBRIS diſputatum fuit, ſitne malefico annunciandum, nec ne, corpus eius poſt ſupplicium relictum iri in rota uel patibulo, Reſpond. *G. C. Barthio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 6. Vitam ſolitariam oratione latina commendauit *G. Ulbrichius*.

d. 7. diſputatum fuit, ſintne togati an ſagati milites praeſtantiores, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *I. G. Græuio*.

d. 13. de calumniis in alios non euomendis, habuit orationem latinam *Carolus Traugott Hauſius*, Dürrweizſch. Miſn.

d. 17. diſputatum fuit, utrum Rex Sardiniae Patrem captiuum tenens recte faciat, nec ne, Reſpond. *D. T. Müllero*, Oppon. *I. G. Boehmio*.

d. 20. ex Catonis mente ſuaſit in Senatu Romano, orat. latina, *G. B. Hüblerus*, ut Carthago deleatur.

d. 24. diſputatum fuit, utrum exercitus tempore pacis ſit alendus, nec ne, Reſpond. *I. G. Boehmio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 27. orationem latinam in laudem Dauidis, Regis Iſraëlitarum, recitauit *Gottlieb Bertholdus Meiſchnerus*, Glauch. Schœnburg.

d. 1. DECEMBRIS Dei aurem admodum patientem oratione latina conſiderauit, & ſimul uerbis coetus cœnam ſacram adituri culpam deprecatus eſt *I. G. Bœhmius*.

d. 4. Matronae omni laudum genere cumulatiſſimae, Annae Magdalenae Platneriae, parentarunt *I. G. Bœhmius*, *C. F. Oehmius*, *I. H. Hochmuthius*, *G. G. Schneiderus*, *G. Ulbrichius*, & *D. Thomaſius*.

d. 8. diſputatum fuit, utrum pater, filium ſuum pro malefico tradens ad ſupplicium, laudandus an uituperandus ſit, Reſpond. *I. G. Zochero*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 11. Iurare Chriſtianis licitum eſſe latina oratione probauit *I. G. Wagnerus*, & *G. G. Schneiderus* ſimili oratione laudauit laborem commilitonibusque commendauit.

d. 15. utrum mors hominum hoſtis ſit appellanda, nec ne, fuit diſquiſitum, Reſpond. *E. C. Sachſio*, Oppon. *I. G. Bœhmio*.

d. 21. de recens nato Chriſto carmina germanica recitarunt *I. H. Hochmuthius*, *A. S. Greenius*, *I. W. Drechslerus*, & *D. Thomaſius*.

d. 22. diſputatum fuit, num fas ſit liberis aliisque dare dona natalitia, Reſpond. *C. F. Oehmio*, Oppon. *I. G. Boehmio*.

d. 24. de filio Dei humanam naturam aſſumente carmina lat. elegiaca recitarunt *S. Dürrius*, & *I. C. Harbachius*: carmina germanica *I. F. Zocherus* & *I. G. Wagnerus*: orationem german. de Chriſti naſcentis paupertate *D. T. Müllerus*.

d. 29. Rectene fecerint Ruſſi, Annam imperii habenas iam tenentem, & non potius Catharinam ſororem illius natu maiorem Duci, Megapolitano matrimonio iunctam, imperio praeficientes, diſquiſitum fuit, Reſp. *A. Lehmanno*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 2. JANVARII anni CIↃ IↃCC XXXII. *Ioh. Fr. Zocherus* de ſtrena omnium praeſtantiſſima habita oratione latina, Praeceptoribus gratulatus eſt nouum annum.

d. 8. *G. B. Hüblerus* de Chriſti prodigioſa infantia habuit orationem latinam.

d. 15. Abſalonem fratris Amnonis percuſſorem capitis accuſauit apud iudices orat. latina *Ioh. Gottlieb Franckius*, Auguſtusburg. Miſnicus; & eiusdem patrocinium ſimili oratione ſuſcepit *Samuel Kretſchmarus*, Alt-Chemnic. Miſnicus.

d. 19. diſputatum fuit, utrum in pactis contrahendis nominum ſubſcriptio ſit neceſſaria, Reſpond. *I. C. Harbachio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 22.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

d. 22. diligenter frequentanda eſſe templa, oratione latina docuit, *Daniel Müllerus*, Erlau. Miſnicus, & *Daniel Thomaſius*, orat. ſimili de recto opum uſu egit.

d. 26. diſputatum fuit, num aequitati reſpondeat, ſi quis mortuum terrae mandandum rebus pretioſis exornet, Reſpond. *I. G. Graeuio*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 29. fœminae pie defunctae, Annae Barbarae Uhlmanniae parentauit *I. G. Opitius*; deque raptu Erneſti & Alberti, Principum Saxoniae, orat. latina egit *Ioh. Gottlieb Dehnius*, Chemnic. Miſnicus.

die 1. FEBRVARII diſputatum fuit, utrum ueritas quandoque ſit diſſimulanda, nec ne, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 5. de felicitate ex liberis ad Parentes redundante orationem latinam recitauit *Heinricus Gottlob Schmidius*, Lichtenau. Miſnicus.

d. 8. coniugi omni uirtutum genere decoratae Dn. Theodori Hausdörfferi, mercatoris apud nos induſtrii, parentauit *D. Thomaſius.*

d. 9. diſputatum fuit, utrum anima humana ſit immortalis, an mortalis, Reſpond. *Ioh. Chr. Harbachio*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 12. dicti modo Dn. Hausdörfferi coniugi die 23. Januar. honeſte tumulatae parentarunt *Ioh. Chriſtophorus Drechslerus*, Chemnic. & *G. Ulbrichius.*

d. 16. diſputatum fuit, utrum Juditha Holofernem occidens recte fecerit, nec ne, Reſpond. *I. H. Hochmuthio*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 19. Wittebergenſi Academiae de aduentu Dn. D. Zeibichii, noui Profeſſoris Theologiae, gratulatus eſt carmine latino *E. C. Sachſius.*

d. 23. diſputatum fuit, rectene fecerit Joſephus fratres ſuos exploratores appellans, Reſpond. *D. T. Müllero*, Oppon. *I. H. Hochmuthio.*

d. 26. in laudem ueterum Germanorum orationem germanicam recitauit *G. G. Schneiderus.*

d. 1. MARTII diſputatum fuit, utrum conducat Studioſis, in peregrinas abire terras, Reſpondente *I. G. Opitio*, Opponente *I. G. Niednero.*

d. 4. Verſum Poëtae: Nox & amor uinumque nihil moderabile ſuadent, latina oratione interpretatus eſt *I. G. Boehmius.*

d. 7. Baſilii, priſcae eccleſiae Doctoris celebris, conſtantiam oratione latina laudauit *A. S. Greenius.*

d. 8. diſputatum fuit, utrum retorſio ſit licita, Reſpond. *I. C. Drechslero*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 11. Saulum, Regem Iſraëlitarum primum, orat. latina uituperauit *Ioh. Chriſtophorus Neuberus*, Niederlungw. Miſnicus.

d. 14. Nomine Dauidis lamentantis ob mortem Abſalonis carmen germanicum recitauit *G. G. Schneiderus*; & *G. B. Meiſchnerus* oratione latina de duobus eloquentiae parandae remediis, inſtitutione & exercitatione, egit.

d. 18. *S. Dürrius* in laudem humunitatis carmen germanicum recitauit, & *Chriſtophorus Beniamin Otto*, Auguſtusburg. Miſnic. orat. latinam de amore erga inimicos habuit.

d. 22. diſputatum eſt, utrum recte fecerit, nec ne, Arbactus, inſurgens contra Sardanapalum, Reſpond. *G. C. Barthio*, Oppon. *D. T. Müllero.*

d. 25. de uitio ingratae mentis perorauit latine *Carolus Gottlob Enderus*, Porſtendorff. Miſnicus; & *C. T. Hauſius* in laudem Scipionis Africani minoris orationem latinam recitauit.

d. 27. Cardinali Bichio impetratam tandem purpuram carm. germ. gratulatus eſt *S. Dürrius.*

d. 28. carmina germanica de patiente pro nobis infinitos dolores Chriſto recitarunt *I. A. H. Colerus*, & *D. Thomaſius.*

d. 29. diſputatum fuit, utrum piſtores die Dominica panem coquere debeant, nec ne, Reſpond. *I. F. Zochero*, Oppon. *I. G. Niednero.*

d. 1. APRILIS de odio impiorum aduerſus pios latinam orationem recitauit *Ioh. Michael Uhlichius*, Gelenauienſis Miſnicus.

d. 5. diſputatum fuit, utrum beati in cœlis pro ſuis, quos morientes in terris reliquerunt, orent, nec ne, Reſpond. *Ioh. Dauide Fellero*, Chemnic. Oppon. *S. Dürrio.*

d. 8. In honorem Chriſti pro nobis morientis carmen germanicum recitauit *G. Ulbrichius.*

d. 9. de conſcientia orationem latinam habuit, & ſimul cœtum ad cœnam ſacram acceſſurum, ad conſcientiam factorum probe excutiendam, excitauit, deprecatorem inſimul agens, *C. F. Oehmius.*

d. 12. gratam piamque mentem pro infinitis doloribus ipſaque morte Chriſto declaraturi carmina germanica recitarunt *I. G. Niednerus*, *D. T. Müllerus*, *I. G. Boehmius*, *G. B. Hüblerus*, *Gottlieb Schultzius*, Mitweydenſis Miſnicus, & *S. Kretſchmarus.*

d. 25. carmen latinum elegiacum de Chriſto reſurgente recitauit *E. C. Sachſius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

d. 26. diſputatum fuit, utrum Nabothus recte fecerit, nec ne, Regi Achabo uineam ſuam negans, Reſpond. *Adamo Gottlieb Kerzigio*, Chemnic. Oppon. *D. T. Müllero.*

d. 29. carmen germanicum de Chriſti reſurrectione recitauit *H. G. Schmidius.*

d. 3. MAII diſputatum fuit, num Zopyrus naſum ſibi abſcindens & membra alia mutilans, ut fidem in Regem ſuum declararet, recte fecerit, nec ne, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *D. T. Müllero.*

d. 9. probauit oratione latina *D. Thomaſius*, non licere diſcipulis inquirere in leges ſcholaſticas, ſintnae illae probandae, an improbandae.

d. 13. nomine ciuis Plauienſis, de graui damno, quod urbs illa per incendium & ruinam aedium ſat multarum perpeſſa, carmine german. conqueſtus eſt *S. Dürrius.*

d. 17. diſputatum fuit, num fas ſit, cantionibus ſacris applicare numerum uel melodiam cantionis alicuius feſcenninae uel obſcoenae, Reſpond. *Samuele Richtero*, Oppon. *I. G. Boehmio.*

d. 20. oratione latina ſolitudinem non eſſe fugiendam euincere ſtuduit *Ioh. Gottofredus Haſius*, Chemnicenſis.

d. 21. uictoriam Chriſti carmine german. decantauit *I. G. Wagnerus.*

d. 24. diſputatum fuit, rectene faciat Rex Hiſpaniae, quo tendat ſcilicet armatura maritima, tamdiu celans, Reſpond. *D. T. Müllero*, Oppon. *I. G. Bœhmio.*

d. 27. orationem latinam de eruditione recitauit *I. W. Drechslerus.*

d. 31. de beneficiis Spiritus S. carmine germanico egit *I. D. Fellerus*: *I. G. Dehnius* uoluptatem corporis non eſſe ſummum bonum, oratione latina probauit; *S. Kretſchmarus* de proprio hominis affectu repellendo oratione graeca tractauit, & *Frid. Ehregott Sachſius*, Eppend. Miſn. non eſſe temere iurandum, orat. latina probauit.

d. 6. IVNII Dn. M. Erneſto Hermanno, Paſtori Auguſtusburgenſium & annis & meritis graui parentauit *D. Thomaſius.*

d. 7. diſputatum fuit, utrum Rex uel Princeps ipſe debeat abire militatum, praeliisque intereſſe, nec ne, Reſpond. *I. F. Zochero*, Oppon. *I. G. Niednero.*

d. 10. de commodis inimicitiarum perorauit latine *Chriſtophorus Gottofredus Leberecht Schwartzius*, Multa Miſnicus.

d. 14. diſputatum fuit, num Pontifex Romanus recte faciat, dum aduerſus Patrem Purpuratum Coſciam nimis durus & rigidus eſt, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *I. G. Niednero.*

d. 20. de Timone, Miſanthropo illo noto, orationem latinam habuit, eumque uituperauit *G. Plaencknerus.*

d. 21. diſputatum fuit, num parentes liberos ad certum uitae genus cogere poſſint, nec ne, Reſpond. *I. G. Boehmio*, Oppon. *D. T. Müllero.*

d. 28. diſputatum fuit, num proceres Academiae Bononienſis recte fecerint, nec ne, uirgini doctae, Baſſi, Doctoris inſignia tribuentes, Reſpond. *Ambroſio Lehmanno*, Oppon. *I. G. Niednero.*

d. 1. JULII. Dn. M. Joh. Krenckelio, per plures annos Paſtori Topſeiſtersdorffenſium, per aliquot ſeptimanas Clauſnicenſium, parentauit germanice *G. G. Schneiderus*: in eiusdem honorem habuit latinam orationem funebrem *D. Thomaſius*: parentauit etiam ei *Ioh. Samuel Loeſcherus*, Topſeiffersdorff. Miſnicus.

d. 5. diſputatum fuit, num Chriſtianis licitum ſit, curare ſe depingendos, Reſpond. *I. C. Harbachio*, Oppon. *I. G. Graeuio.*

d. 8. de precibus gentilium orat. lat. habuit *Mauritius Dorotheus Engel*, Burgſtad. Miſn. & de inculpatis adoleſcentiae uiis latine declamauit *Chriſtianus Carolus Waegnerus*, Dittersdorff. Miſnicus.

d. 12. diſputatum fuit, utrum dies, quo naſcimur, praeferendus ſit diei, quo morimur, an hic illi, Reſpond. *I. H. Hochmuthio*, Oppon. *I. G. Niednero.*

d. 15. de uitio ingrati animi, praecipue erga Praeceptores ſcholae, carmen germanicum recitauit *I. G. Græuius.*

d. 19. diſputatum fuit, utrum fœminae in caſtris tolerari debeant, nec ne, Reſpond. *I. G. Graeuio*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 29. modeſtiam, tanquam eximiam uirtutem, orat. latina laudauit *I. A. H. Colerus.*

d. 2. AUGUSTI diſputatum fuit, utrum Parentibus in omnibus ſit obtemperandum, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *S. Dürrio.*

d. 5. duobus piis uiris, qui, poſtquam e terra Salisburgenſi, uerbi diuini gratia, emigrauerant, Chemnicii, ubi cum aliis benigne fuerant excepti, mortui beate & honeſte, comitante templo, curia & ſchola, magnaque ciuitatis parte & ipſis quoque Salisburgenſibus, tumulati fuerunt, parentarunt, *I. G. Græuius*, *G. Ulbrichius*, & *D. Thomaſius.*

d. 9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

d. 9. diſputatum fuit, num homo ad certam religionem ui ſit cogendus, Reſpond. *I. C. Drechſlero*, Oppon. *I. D. Fellero*.

d. 12. de meditatione mortis latine perorauit *C. T. Hauſius*.

d. 16. de lacrymis Chriſti oratione latina egit *I. C. Harbachius*, deprecatoris ſimul partes, coetu peccata Deo & Miniſtris eius confeſſuro, in ſe ſuſcipiens.

d. 23. diſputatum fuit, num infans ex inceſtu natus necandus ſit, nec ne, Reſpond. *Ioh. Georgio Dieterico*, Chemnic. Miſn. Oppon. *I. G. Bœhmio*.

d. 26. cauſas euerſionis magnarum urbium expoſuit orat. latina *G. B. Hüblerus*.

d. 29. Dn. Johanni Georgio Cruſio Senatori & mercatori apud nos ampliſſimo, parentarunt *G. Plaencknerus*, *C. C. Waegnerus*, *I. A. G. Colerus*, *D. Thomaſius*, *H. G. Schmidius*, & *Gottofredus Thomaſius*, Floeha Miſnicus: in eiusdem uiri funus carmen germanic. recitauit *Chriſtianus Gottofredus Theodorus Kötterizius*, Franckenb. Miſn.

d. 9. SEPTEMBRIS uitam Homeri orat. graeca conſiderauit *I. W. Drechſlerus*.

d. 13. diſputatum fuit, utrum iſti, qui aliis, neceſſitate adacti, ſua auferunt, ſint excuſandi, nec ne, Reſpond. *I. G. Fellero*, Oppon. *A. G. Kerzigio*.

d. 20. diſputatum fuit, utrum omnia ea Scripturae loca, quorum uerbis utitur concionator, ſint alleganda, nec ne, Reſpond. *A. G. Kerzigio*, Oppon. *I. D. Fellero*.

d. 23. Coniugi Viri Conſultiſſimi, Dn. *Ioh. Chriſtiani Langii*, Praetoris urbis noſtrae, pie demortuae parentauit *A. S. Greenius*; & in eiusdem funus carmen germanicum recitauit *G. Ulbrichius*.

d. 27. diſputatum fuit, utrum iusiurandum latronibus datum, de ipſis magiſtratui non indicandis, ſit ſeruandum, nec ne, Reſpond. *S. Richtero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 4. OCTOBRIS diſputatum fuit, utrum Salomo Rex Iſraelitarum recte fecerit, fratrem Adoniam occidi iubens, Reſpond. *I. C. Neubero*, Oppon. *S. Dürrio*.

d. 11. diſputatum fuit, utrum recte fecerit, nec ne, Harpagus, Cyrum tenellum non interficiens, ſicuti Aſtyages auus mandauerat, Reſpond. *G. B. Hüblero*, Oppon. *G. Plæncknero*.

d. 14. nomine Salisburgenſis cuiusdam pro clementiſſima receptione gratias egit Regi Boruſſiae orat. germanica *I. C. Harbachius*.

d. 18. diſputatum fuit, num Alexander M. Clitum liberius loquentem in conuiuio interficiens, recte fecerit, nec ne, Reſpond. *G. Plaencknero*, Oppon. *G. B. Hüblero*.

d. 21. matronae honeſtiſſimae, Annae Charitati Schaufuſiae, parentauit *Iohannes Dauid Hertelius*, Chemnicenſis.

d. 25. diſputatum fuit, num Rex Galliae Senatores curiae Pariſienſis, quae Parlamentum audit, in exilium abire iubens, recte fecerit, nec ne, Reſpond. *I. G. Dehnio*, Oppon. *G. Plaencknero*.

d. 27. de miſerabili ruina urbis *Campomaior* carmen germ. recitauit *S. Dürrius*.

d. 28. fœminae uirtute conſpicuae, Mariae Magdalena Jaegeriae, natu Uhlichiae quae d. 26. Octobris honeſte fuerat ſepulta; parentarunt *G. G. Schneiderus*, & *D. Thomaſius*.

d. 1. NOVEMBRIS diſputatum fuit, utrum Salomo uxori ſuae, Regis Ægyptiorum filiae, peculiarem domum extruens recte fecerit, nec ne, Reſpond. *A. S. Greenio*, Oppon. *I. C. Harbachio*.

d. 4. *S. Dürrius* auiae ſuae paternae Mylauiae in Variſcia defunctae, pietati ſuae ſic ſatisfacturus, parentauit.

d. 8. diſputatum fuit, num liceat bibere in alterius ſalutem, Reſpond. *D. Müllero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 11. filiolae Dn. Reinhardi Friderici Hoffanni, Cantoris & Collegae ſcholae noſtrae Clariſſimi, unicae, Mariae Chriſtianae, parentauit *I. W. Drechſlerus*.

d. 14. in laudem Martini Lutheri orat. germanicam recitauit, & praecipue illius magnanimitatem & felicitatem praedicauit *A. S. Greenius*.

d. 15. diſputatum fuit, num Comitia, ſi recte inſtituantur, ſint utilia, nec ne, Reſpond. *I. G. Wagnero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 18. de ritibus Veterum circa natalitia liberorum, egit latino ſermone *D. Thomaſius* & Dn. Siegerto, mercatori, fratrum ſeniori, dolorem ſuum teſtatus eſt ob filiolum amiſſum.

d. 22. diſputatum fuit, utrum preces & cantiones opificum, quae fiunt inter laborandum, Deo poſſint eſſe gratae, nec ne, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 25. Pyrrhum Epirotarum Regem oratione latina laudauit *C. G. Th. Kötterizius*.

d. 28. carmine germanico, meliores non eſſe lacrymas, quam eas, quae ex recordatione peccatorum commiſſorum oriuntur, oſtendit *I. M. Uhlichius*.

d. 29. de Dei in promiſſionibus & comminationibus ueracitate oratione latina egit, & ſimul, coetu ſcholaſtico ad menſam Dei acceſſuro, deprecatorem egit *I. G. Graeuius*.

d. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

FKYa 1528
VD18 x 3594476

d. 2. DECEMBRIS elegiam tertiam e libro III. Triſtium, qua ualedicit Ouidius uxori, in uerſus germanicos conuerſam, recitauit *D. T. Müllerus*.

d. 6. diſputatum fuit, utrum Graeci recte fecerint, nec ne, ob raptum fœminae unius, Helenae, magnum diuturnumque gerentes bellum, Reſpond. *G. C. Barthio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 9. In coniugem deſideratiſſimam Dn. Atlantis Cruſii, Aduocati & Actuarii iudicialis, carmen germanicum recitauit *I. G. Niednerus*: parentarunt eidem *I. C. Neuberus*, *G. Ulbrichius*, & *G. Schultzius*. Eidem, & ſimul infanti, cuius ipſa ſepulhrum facta eſt, parentauit *G. Plaencknerus*.

d. 13. diſputatum fuit, num Ambroſius recte fecerit, Theodoſium Imperatorem a ſacris publicis arcens, Reſpond. *S. Dürrio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 16. de mendicis ualidis in republica non tolerandis orat. latinam recitauit *I. S. Loeſcherus*.

d. 19. ritum Thracum ueterum, nato homine flentium, denato laetantium, carmine latino reiecit, atque auditores nati Chriſti memoriam recolentes ad laetitiam excitauit *S. Dürrius*: Amphilochii, Epiſcopi, factum, quo Theodoſium permouit, ut Arianis ſacris publicis interdiceret, orat. latina laudauit *D. T. Müllerus*.

d. 23. in honorem filii Dei aſſumentis humanam carnem carmina germanica recitarunt *I. A. H. Colerus*, *D. Thomaſius*, & *H. G. Schmidius*.

d. 24 carmina germanica de filio Dei ex Maria nato recitarunt *I. F. Zocherus* & *D. Müllerus*: orationem latinam de eodem argumento habuit *I. G. Dehnius*.

d. 2. JANVARII, anni CIƆ IƆ CCXXXIII. de formulis bene precandi apud ueteres Romanos uſitatis orat. lat. egit, & praeceptoribus, anno ineunte, bona precatus eſt *I. H. Hochmuthius*.

d. 8. parentauit Chriſtiano Gottlob Ehwaldo, ſcholae noſtrae diſcipulo pio & diligenti, *D. Thomaſius*.

d. 10. diſputatum fuit, num fas ſit, militem in acie adeo grauiter uulneratum, ut non diu ſuperſtes eſſe poſſe uideatur, eo animo interficere, ut doloribus liberetur, Reſpond. *A. S. Greenio*, Oppon. *I. D. Fellero*.

d. 3. Dn. M. Gottlieb Plaencknero, Paſtori Meranenſium, Patrueli ſuo, parentauit *G. Plaencknerus*.

d. 17. diſputatum fuit, utrum exploratores in bello ſint utiles, Reſpond. *I. F. Zochero*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 23. Licere Chriſtianis geſtare capillamenta, oratione latina probauit *Ioh. Gotthilff Müllerus*, Thurm. Schœnburgicus.

d. 24. diſputatum fuit, num adoleſcentes nobiles in militia ſint educandi, Reſpond. *I. G. Boehmio*, Oppon. *D. T. Müllero*.

d. 27. Deum auctorem conſummatoremque omnium actionum bonarum eſſe, oratione latina probauit *C. G. L. Schwartzius*.

d. 31. diſputatum fuit, an excuſandus ſit maritus, qui ebrius gladio ſuam transfodit uxorem, Reſpond. *E. C. Sachſio*, Oppon. *I. G. Boehmio*.

d. 6. FEBRVARII de Caroli XII. Regis Sueciae uirtutibus & uitiis oratione germanica egit *I. S. Loeſcherus*: & Philippum Arabem, Imperatorem, non fuiſſe Chriſtianum orat. latina probauit *Chriſtianus Gottlieb Weisbachius*, Mitweydenſ. Miſnicus.

d. 7. diſputatum fuit, num miles eſſe ſalua conſcientia aliquis poſſit, Reſpond. *I. G. Niednero*, Oppon. *S. Dürrio*.

d. 17. ob mortem Auguſtiſſimi Regis Poloniae & Electoris Saxoniae, Friderici Auguſti, Saxoniae nomine, lamentatus eſt carmine germanico *I. F. Zocherus*.

d. 21. diſputatum fuit, utrum Muſicen, Rege uel Principe mortuo, in templis tacere aequum ſit, Reſpond. *A. S. Greenio*, Oppon. *S. Dürrio*.

d. 27. carmine germanico loquentem introduxit ciuem Chemnicenſem, qui uxorem propriam gladio transfixit *I. A. H. Colerus*.

d. 28. diſputatum eſt, num Eſauus fuerit monſtrum, Reſpond. *I. G. Boehmio*, Oppon. *S. Dürrio*.

d. 3. MARTII. in mortem Regis atque Electoris noſtri Clementiſſimi carmina germanica recitarunt *S. Dürrius*, *I. W. Drechslerus*, *D. Thomaſius* & *I. S. Loeſcherus*.

d. 7. diſputatum eſt, num Julius Caeſar Vaninus iure ſit combuſtus, Reſpond. *G. D. Naumanno*, Oppon. *I. G. Niednero*.

d. 10. carmen lat. Elegiacum de ueterum Romanorum religione recitauit *S. Dürrius*, *I. G. Franckius*, carmen germ. de morte JEſu Chriſti, *C. G. Th. Kötterizius*, orationem latinam de Friderico Sapiente, Electore Saxoniae, & *Ioh. Gottlieb Landgrauius*, Chemnic. orat. latinam contra duella.

d. 14. diſputatum fuit, ſitne Auguſtinus laudandus an uituperandus, optans (ſi ſic optauit) uidere Chriſtum in carne, Paulum in ore & Romam in flore, Reſpond. *I. G. Opitio*. Oppon. *S. Dürrio*.

Haec ſunt, quae iam recenſere, atque Patronis ideo ob oculos ponere uolui, ut, quod aequum omnino eſt, officii adminiſtrati rationem redderem, eorumque beneuolentiam conſtantem ſcholae exorarem. Vos uero, *o mei*, nolite in exercitatione ut uirtutis, cuius cura princeps uobis eſſe debet, ita diligentiae defatigari. Si qui ueſtrum repere potius, quam ire uiſi ſunt, hos ad citatiorem & alacriorem curſum inflammo: qui cucurrerunt, hos, ut in curſu ſtrenue pergant, moneo. Non eſt mihi nullus, fateor, labor, ſi uos laborem hunc induſtrie continuatis. At ſicuti nullus mihi labor ueſtri cauſa, grauis eſt moleſtusque: ita ueſtrum eſſe cenſeatis, eo plus adhibere diligentiae, quo cupidius uiam ego uobis monſtrare geſtio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15

F. K. 23,23.

Ya 1528

J. N. J. C. C.

BREVIARIVM

DECIMVM SEPTIMVM

TIONVM

VIRIS

RENDO, EXCELLENTISSIMO, PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ATQVE CONSVLTISSIMIS,

SCHOLAE CHEMNICENSIS

TORIBVS GRAVISSIMIS

DE

QVIBVS PRIVATAE DILIGENTIAE SPECIMINIBVS

E XIX. MARTII A. MDCCXXXIII.

REDDITARVM

A

Daniele Müllero,

Rect. Schol. Chemn.

CHEMNICII, *Literis Stöſſelianis.*

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-189757132-15